

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Tekst oficjalny**

*Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque*, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 180–180v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 31 [Gn. 25]

[31] De dato dono viro vel mulieri coram iudicio bannito.

Donum, quod viro vel femine coram iudicio bannito datum fuerit, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quicquid ei placet. Idem potest facere [k. 180v] vir cum parte sui doni, quicquid deliberavit, velut et mulier.

Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a marito suo percepit, ipsa heredit et sua successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sibi sit paris conditionis. Idem faciet vir illi, qui sibi paris fuerit conditionis.

Insuper omne aurum et argentum non formatum, et omnis siligo, et carnes cum cerevisia, et vino, et panis, que vel quod aut quantum post tricesimum permansit, vel permanserunt, totum cedit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipit mediam partem et heredes viri reliquam mediam tollunt partem.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]